

x-rite

colorchecker CLASSIC

R-55.744
LAVRENTIVS ORATIVS,
ET EXORATIVS,
ORATIO PANEGYRICA PRO SOLV-
ta stylo humili à D. D. IOANNE MICHAELE ES-
TARRVÈS, & CABRERO, Philosophiæ Magistro,
Iuris Doctore, semelque & iterum Cathedrati-
co Oscensi, Regalis Divi Vincentij Martyris
Collegij Togato, & Rectore, Synodali Exami-
natore, & nunc Regiæ Domus Montis
Aragonum Regulari Canonico.
HISPANICO IDIOMATE DECIMA
Augusti die decurrentis anni, in Sacro Divi
Martyris Oscensium Templo dicta; sed modò
Latinè Typis mandata à suo ex sanguine Fra-
tre, Faustino Estarruès, Portionario Cæsar-
Augustanæ Metropolis, in Salvatoris
nostri Templo.
DICTATA ILLVSTRIBVS DOMINIS,
Priori & Capitulo Ecclesiæ Oscensis eius-
dem S. LAVRENTII.
Anno 1702.
Cæsar-Augustæ: Apud EMMANVELEM ROMAN,
Vniversit. Typog.

mm

A-1915-11

FA-00061

M.C.D. 2022

AF A-00061

M.C.D. 2022

HESPERIA
Libros Hispánicos
ZARAGOZA

A-1915/11

ATA-00061

150 n5



R-55.744
LAVRENTIVS ORATVS,
ET EXORATVS,

ORATIO PANEGYRICA PROSOLV-
ta stylo humili à D. D. IOANNE MICHAELE ES-
TARRVÈS, & CABRERO, Philosophiæ Magistro,
Iuris Doctore, semelque & iterum Cathedrati-
co Oscensi, Regalis Divi Vincentij Martyris
Collegij Togato, & Rectore, Synodali Exami-
natore, & nunc Regiæ Domus Montis
Aragonum Regulari Canonico.

HISPANICO IDIOMATE DECIMA
Augusti die decurrentis anni, in Sacro Divi
Martyris Oscensium Templo dicta; sed modò
Latinè Typis mandata à suo ex sanguine Fra-
tre, Faustino Estarruès, Portionario Cæsar-
Augustanæ Metropolis, in Salvatoris
nostri Templo.

DICATA ILLVSTRIBVS DOMINIS,
Priori & Capitulo Ecclesiæ Oscensis eius-
dem S. LAVRENTII.

Anno



1702.

Cæsar-Augustæ: Apud EMMANVELEM ROMAN,
Vniversit. Typog.

LAVRENTIVS ORATVS
ET EXORATVS

ORATIO PANEGYRICA PROSOLO-
ca stylo humilis à D. D. IOANNE MICHAELIS ES-
TARRVCS, & CABRERO, Philosphie Magistro,
Iuris Doctore, semelque & iterum Cathedrali
co Oeclesiæ, Regalis Divi Vincentij Martyris
Collegij Togatæ, & Rectoris, Synodali. Exami-
natore, & nunc Regis Domus Moris
Aragonum Regulari Canonico.

HISPANICO IDIOMATE DECIMA
Augusti die decurrentis anni, in sacro Divi
Martyris Oeclesiam Templum dicti; sed modo
Latinæ Typis mandatae suo ex sanguine Fra-
tre, Faustino Effritus, Portionario Cesar-
Augustanae Metropolis, in Salvatoris
nostri Templi.

DICATA ILLVSTRIBVS DOMINIS,
Prætori & Capitulo Ecclesie Oeclesie civi-
tatis S. LAVRENTII.

1705.

Anno

Cesar. Augustæ: Apud EMMANUELEM ROMANUM
Universit. Typog.

ILLEVS TRIBVS,
Egredijsque Dominis, Priori, &
Capitulo Ecclesiæ Oſcensis Sancti
Laurentij Martyris.



Hæccine Oratio Panegy-
rica, quam pendula voce
recitavit meus frater, &
Dominus D. Ioannes Mi-
chael Etarruês, vestram ambit do-
minationem: nam quô se vertere
poterat Laurentina Oratio, nisi ad
sui Oſcensis Templi vigiles & custo-
des? Cæsaris est, quod datur Cæsari.
Non aureum solvo vestræ Domi-
nationi munusculum; at gratæ men-
tis offero examen humile. Oravit

Patet, uerit ipse, utque quidquam
etiam darem & offerrem, ideo illo,
sed in cunctis primo, Hispanicè lo-
quente, latinè reddo, recitoque ego;
sicque ambabus manibus, seû potius
uno, intimoque cordis calamo Sa-
cri Laurentij scribuntur laudes, li-
cet vires ad opus desint. Vestram
Dominationem perpetuis Coelestis
Martyris cultibus seruet Deus, uti
petit vestrae Dominationis, qui

manus deosculatur

Faustinus Estarruès.

CEN-

GENSVRA
RR. P. M. Fr. JOSEPHI LOPEZ
de Ontanar, Regalis Oscensis Collegij Divi
Laurentij, Sacri Ordinis B. V. Mariae
de Mercede Redemptionis Capti-
vorum, Rectoris.

GRato animo, intentoque percurri Divi
Laurentij Panegyrim à D. D. D. Michae-
le Estariuès, & Cabrero, Philosophiae
Magistro, atque utriusque Juris Doctore Oscen-
si, Regalis D. Vincentij Collegij olim T. g. ato,
Augustiniano Montis Aragonum Regulari Ca-
nonico, &c. Concinatam, nec quid censura
configerem, offendi; quinimò in Authoris lau-
dem cuncta me abducunt, in eamque non parcè
excurrem, nisi egregiae illius dotes clariores
essent, quàm ut mea commendatione indi-
geant; verùm neque omnino silere patior, ijs-
que verbis iudicium summam profero, quibus
de opere Eulogij ad Alvarum misso, Alvarus
ipse rescripsit: *Eloquenter namque, atque splen-
didè Oratorum more, imò scholastica eruditione,
totum Opus digestum, & humana pariter ac di-
vina instructione perfectum, non discussione in-
diger, sed potiùs laudari inquiri. Quàmobrem
ut Typis mandetur, annuere meritò potest*

Tom. 15
Biblioth.
Novissi.
Vet. PP.
& Scrip-
torum.

D. D. D. Laurentius Gondino, utriusque Juris
Doctor, Vicarius Generalis Cæsaraugustanus,
&c. Sic sentio, salvo semper, &c. Osca 23.
Septembris, ann. 1702.

Fr. Iosephus Lopez de Ontanar.

IMPRIMATUR.

V. Gondino, Vic. Göl.



CEN-

D. D. MICHAELIS MANGE, ET Ripa, Philosophia Magistri, ac in Sertoriana Universitate Cathedralici, Regalis Divi Vincentij Martyris Oscanis Theologi Alumni, in Regali Divi Laurentij Ecclesia Vicarij.

AMBIT lucem Invidiosissimi Oscanis Laurentij Oratio, & exoratio à Vincentino Oscanis, Ingenioso D. D. D. Michaeli Estarruès, & Cabrero, Philosophia Magistro, L. V. Doctore, iterum, & iterum Sertoriano Sacrorum Canonum Cathedralico, Regalis Divi Vincentij Martyris Collegij Alumno, Synodali Examinatore, & nunc Regia Domus Montis Aragonum Canonico, orata, & exorata: Orbis potius concionarius ambit tanti Magistri lucem. Haud scio si pulchrius Hispanè dicta, aut si elegantius latinè facta. Sed quid ultra reponere debeo, vel ad operis censuram, vel ad Authoris elogium? Num ergo censoria virga castigare præsumam doctrinam ipsam, quam auditor excepi, Magistri tanti discipulus colui, & adoravi? Latinè inscribitur, etsi fuerit Hispanè recitata; certè quoniam pretiosa machina cooperta accuratè veneratur. *Virumque latus Propitiatorij tegebant expandentes alas, & operientes oraculum spiritus: & Jesuita ingeniosus inquiric: Si oraculum erat aureum, visusque pulcherrimum, cur non potius detectum relinquebatur, ut ab omnibus viseretur? Cui Oleaster pronuntiat dubitationi: Quòd etsi Deus omnibus sit summè benefactor, tamen in rebus magnis non semper omnibus detegitur.* Ab Authore oratam iterum libenter orationem audiui; pluries vero scriptam miratus legi, & perlegi. Pulchrè certè de simili est opere ab Horatio decantatum: *Hæc placuit semel; hæc decies repetita placebit.* Sed quid mirum, si cum Authore obloquens aiebat Salustius: *Vbi intenderis, ingenium valet.*

Frater ergo, Magister melius, hoc non legant Alumni opus-
culum, sed meditentur Magistri; liber quippè magnus, & eru-
ditus factus est cibus grandium. O Vincentina Domus semper
victrix, etsi non semper vulgo triumphatrix! Non viros, sed
Heroes scientia conspicuos progerminas. Quid in tuis Alum-
nis, hac die, iucundius? Fidei Inquisitores ostentas. Quid gra-
vius, & gratius? Supremos Magistratus progignis. Quid perf-
picatius, & dulcius? Togatos, Advocatos Regios promulgas.
Quid denique utilius? Sertorianos Scriptores, & Magistros
fulcis; & non solum sicut Paradysiacus fluvius irrigans uni-
versam regionem Paradyfi in quatuor capita filios dividis; sed
ut fons, universam terram fecundans, eos amplificas. Authorem
nonne procreasti? Haud dubiè: *Quia neque imbellem progene-
rant cuniculum Leones.*

Sed pro munere uno verbo censeo: Sermo est omnibus nu-
meris, & undequaque absolutissimus, cui id unum infelici
forte obvenit, mihi, infimo sanè viro, ad laudem & commen-
dationem demandatum fuisse; quanquam non me lateat quid
scripserit Sinesius Epist. 22. *Equidem quamquam laudator impar,
bonum seculi publicabo: nihil ex hoc derogatur operis tui gloriæ;
nam & Homerum novimus à dissimilibus prædicari; careret qui-
dem fama magnorum virorum celebritate, sicutiam minoribus tes-
tibus contenta non esset.* Hoc dico, plus sentio. Osce die 24.
Mensis Septembris, Anno 1702.

D. Michael Mange, & Ripa.

IMPRIMATUR.

V. Estanga Assessor.

Nise

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ioannis cap. 12.



PVS est iam, ut in admiranda rum-
pat animus. Laurentius translatus
à Lauretanis floribus in lilia Mar-
tia, à Sertorij theatro in primum
Minervę solium, ab Ibericis undis
in fluenta Tiberica, à palma in
certamen, *Laurentius namque in-
gressus est Martyr*, à charitatis fer-

Ex Officio
Sancti.

vore ad Sanctę Romanę Ecclesię Thesaurarium; non
dumtaxat Oscensibus pernasctur cordibus (maiorem
scandit eius spheram flamma) imò totius Orbis capi-
tur desiderio; Laurentius namque noster auro sepu-
plum purgato insignitus, igneque laureatus excellen-
tiorum construit Pyram, Solis utique luces superans.

Ornat Phœbus sua lampade diem, ac cum arcana rota
voluit, & involuit, lucē ipsam noctis cecitate foedat; Lau-
rentius verò supra septem Urbis montes altitonans
Aquila, ac per craticulam Sol ruens, nulla denigrantis
carbonis maculatur umbra: *Mea nox obscuram non ha-
bet, sed omnia in luce clarescunt*. Sol urat, accēdatve corda,
non tamen adurit ipse; licet liberè fabulentur Poë-
tæ; Laurentius autem redolentibus Divinissimi thuris
lacrymis aëra replet, ac se Deo gratissimam hostiam
dicat, pectus concremat, *Omniumque Christianorum cor-
da calefecit*.

Ex verbis
Sancti Lau-
rentij.

Sol, etsi radorum Pater, ob discordem tamen signo-

Ex Officio
Sancti.

Ex Divo
Augustino.

rum præstantiam, polorum fixuram, syderum vota, inæqualiter influit. Laurentius nihil latens habuit. Vt fidei obsequia Idolorum ruina ad unguem, & ultra lustraret, *Fide sua persecutoris evicit flammæ.*

S. August.

Sol denique impavidus recurrit ad noctis sepulchrum, quasi rotantis spiritus exposcens quietem, verum Laurentius, *Calice patiendi ebrius*, Angelum habuit in certamine spectatorem. Non erubescit luctari Martyr, cum victoriæ compos cœlum in theatro manibus comprehendat. Non insudat fragilitatis impatientia, qui, superantibus virium caloribus, macerat tormentorum aratro conterendum cor. Pœnarum optat epulas, nimia voracitate desiderantem eglutientes. Præstantior est Laurentius Sole.

S. Laurentius.

Psalm. 55.

Sic fulget super dies, à cuius altitudine prorsus timo. Fervet Sol nimis, nimiaque tempestate contracta vela ventis dare periculofum est, sed adest Laurentij propicia Ara, totque cum cerea ardeant lumina, quid umbræ timet mens? Stellam quæro. Non deest Sacro Soli Divina Venus, quæ postulantibus viam pandit, rorem pluit, impertitur gratiam. AVE MARIA.

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ex Ioann. cap. 12.

Cum tria præcipuè contineat Evangelium; granum cadens: *Nisi granum frumenti cadens in terram*; granum mortuum: *Mortuum fuerit*; & granum fructiferum: *Multum fructum affert*; ad hæc tria breviter me habebō.

Osca nascitur Laurentius: en granum cadens in terram; suscipit nos nascentes humus. Fugit Civicos honores cum pauperibus acturus: en granum mortuum;

EX-

expedit animo superare tormenta, tortores illudere,
ut ab eius ediscat patientiam patientia: en granum
Multum afferens fructum.

Nascitur Osæ, qui Vincentis Victricem nomine
ditat Patriam. Plus cœleste pignus quàm humanum
donum. Ab Orentio nobilissimo agricola, eius Patre,
cum spina evelluntur aratro, & per Patientiam Ma-
trêm pulchriora virtutum, & respirantia colliguntur
lilia, Laurus pullulat, ut sua redimat tempora Famas
erumpit thesaurus, quo Ecclesia locupletetur; nascitur
miraculum, quo Orbis uterque stupeat; elucet Ada-
mas, quo orpantur cœlî & nitet aurum, quod pretio-
sorem Osensem monetam dicat sæculis cunctis.

Admodum elegâti, & peregrino stylo Bethlehem lau-
dat Divus Augustinus, sicque recitat: *Beata es, ò Bethle-
hem Terra Iuda, quæ sub uno tempore candidatam plebem
imbellis infantia offerre Deo meruisti; siquidem antè perpe-
tue vite adepti sunt dignitatem, quàm presentis usuram
acceperint.* Tibi iterum, & iterum gratulare Civitas
Sancta, quæ candidissimis Agnorum velleribus, iam
sanguine purpureis, extolleris ad astra; Pueruli nam-
que tui antè sunt orti cœlo, quàm solo, prius iugulatî
mucrone duro, quàm maternis manibus, aut potiùs
visceribus, amplexati.

Eisdem forsan valerem Osæ gratulari verbis, cum
primo vitæ suæ respiramine, licèt ab icu liber, sic Lau-
rentius sine secundo exiterit, ut non Homo, sed An-
gelus videretur; & si Innocentes timere nescierunt;
quia necdum didicerant formidare; Laurentius, qui
postea carnifices irrisit, subsannavit & Judicem, à pue-
ritia didicerat cuncta debellare arma. Dicam quod
sentio. In lucem profilit Laurentius, ut ab eo edificant
virtutes.

Vult Jobus Deum, quem in amaris dulcem experi-
tur

D. August.
Serm. 10. de
Sanctis.

D. August.
Serm. 1. de
Innoc.

D. Bernad.
Serm. de S.
Andrea.

tur Patrem, gratum proffus facere, & pulchro discre-
tionis sale sic ornat, & condit verba capitis 31. v. 18.

Job cap. 31.
v. 18.

*Quia ab Infantia crevit mecum misratio, & de utero
matris meae egressa est mecum.* Proh dolor! Iactabundus
videtur Job, cum se miserationis præceptorem efficiat;
iam cælo, terraque sonantibus misericordiam. Audia-
mus Jesuitam Pinedā: *Ita ut in dies adolescēte natura in-
crementa etiam caperet humanitas.* Ita, ita Job misratio-
nem lustravit, ut ab illo in lucem venisse videatur,
quasi ante nesciret Orbis Divinam, humanamque
compassionem.

Pineda in
Job.

Jobi sic insequitur vestigia Laurentius, ut si illius
extitisset ævo, sibi similem Orientalis Princeps vene-
raretur. Tenerrimus infantulus Levita noster, omniū
virtutum agmine decorus, humanitatis in miseros pro-
fluvio erumpebat: æstivi sui pectoris undas miser om-
nis contrectabat, corpus Laurentij transfigebat, & ani-
mam, qui cuiusque miseræ eiulatu Martyrem quæri-
tabat. Hac equidem de causa Historiographi, qui de
Laurentio contexere laudes, etsi dicant magna, silent
tamen maiora, fidenda potius, quàm eloquentiæ, silen-
tio, quàm expolitæ rethoricæ, admirationis ponderi.

Gen. 22.

Probat Deus Abraham, ut Isaac unicum filium suum,
quem diligebat, super unum ex montibus demonstnan-
dum offerret pro victima holocausti. Audit canus Pa-
ter, & obedientiæ merito genua flectens agit ardua:
veloci pede carpit viam, scandit montis cacumen, pa-
rat aram, ligat filium, velat & linteo ludentes oculos:
crepitant femi adusta ligna, cum ferrum iam trans-
figere tentat guttur innocens. Sed ò misericordia Dei
dolentis! Angelico iussu compellitur Abraham retrahere
manum: quo comparato felicitatum cumulus suffragatur
Patriarchæ: *Quia fecisti banc rem, & non peper-
cisti filio tuo unigenito propter me benedicam tibi, & mul-*

S. Zeno. 1. re-
ron. Ser. 1.

Ex eodem
cap. 22.

ti-

5
triplicabo semen tuum sicut stellas Cæli, & velut arenam,
quæ est in littore maris. Legite, si placet, Geneleos caput
22. ubi de Isaac gratiore victima obmutescunt elogia.
Cum placido risu Angelica meretur præconia, tacet
ætherea oratio. Forſan erat Isaac omni eloquentia ma-
ior, ideo, ubi ipſe ſacrificio perſuadet, Angelica ſileſ-
cit panegyris; uti placuit Seleuciæ Oratori præſtan-
tiſſimo.

D. Baſil.

21 Quid de Laurentio dicam? Authores ſilent, qui eius
infantiam ſcribentes, procellas timent, & ne fluctibus
addant fluctus, calamo ſtricto ludunt, ut Laurentium,
quem capere non valent vota, admiratione colamus;
imò ſi, ne auderet dolor vitæ in mortem, ligavit Isaac
amantior Pater, quin holocauſti victima obnubilum
quid pateretur: quæ de Laurentio recitabo? Cum etſi
ſuper craticulam ligatis membris extiterit, nullo
turbatur dolore, meridianumque Solem miſeris, Orbi,
Eccleſiæ & Oſcæ, nec minus Cœlis monſtravit. Feli-
ciſſimè cadit Laurentius: *Niſi granum frumenti cadens
in terram.*

S. Zeno.
Jeron.

22 *Mortuum fuerit.* Moritur, dum vivit Laurentius,
quod nobilius eſt mortis genus, Paulo ipſo dicente:
Quotidie morior. Fugit honores concivis noſter, ſed in-
ſequuntur, quaſi umbra corpus. Corrigo errorem: Sol
quærit lucem: vocat Sixtus Laurentium, ut bonorum
Eccleſiæ diſpenſatorem conſtituat cum cœlicola actu-
rum hæreditate. Dicamus nova, Laurentij venia.

1. ad Cor.
cap. 15.

23 *Diſperſit dedit Pauperibus,* canit pro noſtro Martyre
hodierna Epistoſa, quæ æquò videtur diſpenſatori in-
congrua, cum non eius arbitrio veniant diſfundenda
bona, ſed pro uniuſcujuſque elargienda neceſſitate.
Contemnit liberalitatem nimia largitio, & inimica fa-
cie ſe aſpiciunt prodigalitas ac ſubventio: ergo Lau-
rentius, qui dare debebat temperata manu, ad quid
largè diſperſit:

Paul. ad
Corinth. 2.
cap. 9.

Cl-

Clariorem reddit nebula Phœbum, cum Laurentij manus eò tenderent, ut succurrerent pauperum penurijs, cumque quod diffunditur, promptius sit in capientium manibus, hinc Laurentius diffudisse videtur, qui Hispanica largitione alebat egenos. Exemplo Christi se gessit Laurentius, qui, cum in Sacratissima nocte Cene vitæ calicem elargiturus esset, in hæc sacrè rupit: *Qui pro vobis, & pro multis effundetur.* Nectareum sic, mi Deus, despectu exhauritur vas? Divinissimus sanguis ubi eximia latent, quasi ex despecto poculo extrahenda est aqua: Absit rude dubium. Paulo antè Dominus Discipulos suos amicitia nodo & vocabulo strinxerat, & ne personarum acceptator diceretur, calicem effundere vult, ut sic nobilissimo largitionis genere, & gemmato undique vase ditaret fervidos, locupletaret amicos, reficeret pauperes: ita Christus, Laurentius ita.

Ex Evan-
gelistis.

Nec Divini amoris semitas Laurentius dumtaxat sequitur. Divinissimi etiam amoris cuspide ictus subvenit. En sic ab Ecclesia vocatur Spiritus Sanctus: *Veni Pater pauperum: Veni Dator munerum.* Si Patris nomine nihil dulcius, ad quid Datoris voce postulatur? Discrimen solvo. Dat Pater ex Patris munere, præstat Dator ex liberalitatis excellentia, & ubi Pater ex amoris æqualitate distinguit nihil; genij excellentia præstantius solvit liberalis.

Ex Sequen-
tia de Spi-
ritu Sancto

Dicamus clarius. Dat Pater, quia Pater est; dat liberalis, quia rotantia omnia habet ad indole, & cum Spiritus Sanctus dicatur amor, Dator etiam liberalis prædicatur. Tanta liberalitate Laurentius potiebatur, ut unicuique tanquã omnibus eleemosynas largiretur. O Laurentij manus undequaque tornatiles, pretiosa charitatis rota elaborantes, non fictilia figuli vasa, sed aurea cœlorum dona!

Verùm nobilius insudemus, audiendo Laurentium

ex.

ex ferrea craté sermonem cum Tyranno facientē. Nam facultates Ecclesie, quas requiris, in cœlestes thesauros manus pauperum deportaverunt. Quæ ardentia verba Sacra videntur importare chemicam; transformationem aut saltem vaticinantur. Quid pauperibus Lauretana largitiones profunt, si in lapides vertantur micantiores?

Promamus nova. Variè vestitis Ioanni Pathmos exuli, revelatur Personatus; verum inter alia omnimoda digna apparitione, id solum pro nunc movet mentem, quod manui illius stelle septem adhæreant fixæ, in capitibus 1. 2. & 3. & nec postea stellarum nomine, aut elucencia nominetur usque in caput duodecimum, ubi mulier Sole vestita, Luna calceata, coronata stellis miranda petit. Quò astra septem abiere? Cadere numquid à manu inter candelabra apparentis potuerunt? Minimè; potius ego credo, sydera septem illa in afflictæ mulieris solatium petivisse; nam cum ad desertum perrectura esset, obnubilaque fuissent ob oculos offerenda, maximè Dracone persequente, necessè habebat egere luce, qua lapsus propelleret (in humanis fando) sicque postea in cœlum evedta fuere astra, quæ in subsidium mulieris desolatæ fecere iter. Ita etiam Laurentij elemosynas, egenis succurrentes, eiusque tactas manu, aut gemmas, aut lumina præstitisse cœlo, absque ingenij macula videtur sanè dicendum. Adjuvat illud consularis Prudentij: *Nunc addo gemmas nobiles.*

Præterea: erant in manu, ut darentur, in cœlum transeunt, ut luceant, & quod miseriam sublevat humanam, spheram scandit Sacram. Auro iunxit Laurentius pauperes, ut quæ erant eius aliti elemosynis, ad æthereum portum pretiosissimos portarent lapides, margaritalve, quibus cœli nitent. O nobilissime Oscensis Lapidicida, immortalitatis saxo insculpende! Qui Cœlestibus gazis reposuisti nomen,

Ex verbis
Sancti Laurentij.

Apoc. 1. 2.
& 3.

Apocalip.
cap. 12.

Prudentius
Consularis.

mortuum ex animo, mundo; vivum perennitati: Si autem mortuum fuerit.

Multum fructum affert. Iam intonant bella, & rabida furoris ira vafre machinatur. Incenduntur Arietes, coquuntur ignes, clangentes fervent sartagine, omniumque tormentorum genera Laurentij cupida expectatione congaudent. Sed, ò misera Tyrannorum spes, quã facilè falleris! Ipso, quo pugnas, iugulari ense. Nullũ nivei montes victori horrorem parant. Irridet placida tumescentes undas spuma, ic̃ta ridet, & florescit Laurus. Rependitur Laurentio ignita craticula, quam uti mensam appetit. Apponuntur furoris vasa, & sistunt odore plena. Phialas veneni amat, ferreo namque pectori aspides medi cantur dulcia.

Tria huc accedunt exponenda, circa illa Laurentij verba supra craticulam prolata: *Assatum est iam versa & manduca.* Ut quid horroris tyrannici agit Laurentius curas? Devorantis ignis Martyri succumbit Onus? Rumpit flumina flamma, & indulgebit Levitã? Cupit præ gaudio ignem, ut voluptuoso circumferatur gyro, & corporis Orbem ardore illuminet. Timet de inimici inconstantia. Cõtemplatur in igne urbanitatem. Hęcine tria tragicæ scenæ sunt linteamina, imò Herodiana convivia.

Ad primum: Primus adest in theatro Laurentius, non minaci perterritus hoste, imò ad acriora optans pervenire arma, ignem lateralem ab ipso inimico petit, ut efœminatos reprehenderet, suamque patientiam commendaret. Immissit Dominus sporem in Adam, ut ex ablata costa ædificaretur Eva. Quare? Forfan mulier, quæ in solatium erat ventura, cupit cæcum sponsum? Aut Adamus, qui adiutorium ei simile expectabat, vigilare nequibat? Erat noster Parens, (ait Hugo Victorinus) lateris dolore afficiendus ex abla-

Recitatio.

Cornel. à Lapid.

Ex Laurentij verbis.

Gen. cap. 2.

Hugo à Sã-
cto Pictore
in erudit.
Theologicis

ablatione costæ, quem ne sentiret, quasi mortuus reputatur, ipso somno confopitus: ecce noster Paradysianus Pater quàm delicatè se gerit. Chirurgicam timet Dei manum? Expectet Laurentium nostrum, qui cum uno iam potiatur combusto latere, alteri parat ignem. Cinereo pulvere vulnera consperfit, immanes ictus linivit crudelitatis aceto. Adamus inter luxuriantes flores nihil fert molestiæ; Oscensis verò Agonotheta Laurentius effusa viscera lætus amat. Divinè agens fœminatōs despicit. *Lumine suo totum illuminavit Vniversum.* Orbem sui corporis patientia, & martyrio lustravit: *Assatum est iam.*

D. August.

Secundo petit ut assatum vertat, ne inimicus à cōstantia nostri Martyris illusus, è bello caderet. Attendite: Matthæi 5. iubet Dominus, ut percipienti dexteram maxillam altera offeratur. Quid durius? Indecora percussio sic commendatur? Honoris & victoriæ est triumphus; cùm enim ex utraque maxilla componatur facies, non invidiæ igne erat punienda una, patientiæ decore altera florescente. Vtraque maxilla alapis feriat, ut ex utroque ictu maxillis ambabus accrescat martyrij Gloria. Vritur Laurentius, cùm hostem impatientem, sed plùs turbatum; meditat, & timens satis, ne exempto lateri denegaret inimicus ignem, & flammam, id ardentem rogat, seù potiùs imperat, ne æmulationis cuspis latus sine gloria feriret: *Versa & manduca.*

Matth. 5.

Tertium perpendamus propositum circa ignis urbanitatem. Nimis videtur liberalis dicendi facultas, cùm ferino devorandi denti obstat nihil. Quid infalsum invenit ignis? Ruit Orbis ignibus ustus, & cæpus, ubi Troja fuit. Hæc, quæ catastrophè elugentur, honoratiore parant Laurentio laurum. *Sævisi Persecutor in Martyrem, sævisi, & auxisti palmam, dum aggeras pœnam.*

D. Leo.

In-

Insultat ita fervor Laurētīnus, nullis foedatus, carbonibus locupletatus, & auctus, diviniſſimo teſte Leone.

Ex Philoſophis tradit Aguiar.

Est Lunæ concavum, ubi dicitur ſtare elementarem ignem. Occurrit quæſere, à quo vivat? Quomodo non ſureſcat in aërem, non audeat in Cœlum, Lunæ humiditatem non ebibat, ſeu ad nihilum redigat? Siſtit en ad Cœli faciem, & avida, lupinaque privatur voracitate, cum ad ſui venerationem Gloria vocat.

Ex Officio & verbis Sancti.

O mi Laurenti, ignem cum teras, & ad ignem applicatus Chriſtum cõſitearis, Deo ago gratias quod cœli ianuas ſis ingreſſus: ergo nihil mirum, quod te venerationis ignis alligeras reſtringat faces, faucesque prorfus claudat: *Aſſatum eſt iam, verſa & manduca.*

Guar. Abbas, de Sancto Benedicte.

In hoc theatro humano, inhumano prorfus, in quo Oſcenſi Laurentio inimici ingenium victoriam peperit, infelix Tyranni illuditur malitia. Vrere vult ædificium, & pulchrè lambit, ſevire, & ſervit, ſecare, & edificat coronas fabricare. Ignis ignem docet ardere. Tenuem capit Laurentius ab inimico auram, & cum hoſtilis rabies ſureſcat, & odij plus, quam tormentorum habeat, invincibilis Martyr in phoeniceo ſpirat nidulo.

Matth. 27.

Sitienti Chriſto in ſacratiffima Crucis ara vinum cum felle mixtum dederunt bibere; at cum guſtaſſet, bibere noluit. Si ſitit, cur non epotat? Aut cur guſtat, ſi non erat potaturus? Vtrumque ſolvo, cum in guſtando rationem, in non bibendo myſterium facile ſit adinvenire. Operabat Divinus Homo maiora tormenta, imò, ſi poſſet, omnium tormentorum vas unico exhaurire hauſtu, cumque unum dumtaxat ori pateret, guſtat, ut quantum placeat ſiti; non tamen bibit, ne omnia tormenta potaſſe diceretur. Moritur multa paſſus, ſuperſtite tamen ſiti. Similiter Laurentius, hoſte inſanien-

Ex Auguſt. & alyſ. Ivo Pariſ. in Dig. to. 3

11

niente, vitam finit, cum maiora tormenta nesciat avarum inimici ingenium.

Iam denique à certamine sisto, divinissimi Laurentij præconia extollere non valens; at me tuis laudibus commendo felicius. Non parva iactat semina gloriæ laboriossi sportula villici. Dumos revellenti latenter per digitos micuere flores. Tui nominis decus, mi Laurenti, ætherei modulamen axis canit ad Gloriam. Victorias inscripsisti metallo, perituro nunquam. Orpheis sudoribus expectandis delicatior subveniet panegyris. Fave, foveque nostris precibus, Vrbi, & Orbi, Hispaniæ, Osciæ, & Victrici tuo Laurentino Templo.
Amen.

Doctus Carveres Siculus in Lyricis.

Quidquid à Fide aberraverit, ex corde abhorreo.



niere, vitam sicut curam maiorem torrensque hanc
tum in unum in genibus.

Iam denique a certamine isto dividitur Laurentii
praecordia extollere non valeas; ac me tuis laudibus
commendo feliciter. Non parva iactae femina gloria
laboriosae perennis villici. Dumos revelentur lacerae
per dignos micare flores. Tui domus decus, et
Laurentii, et huiusmodi modum astra canit ad Gloria.
Victorias in scriptis metallo, perituro mundum. Or-
pheis laboribus expectandis deliciae subiecta pa-
negyris. Fave, favoque nostris praecipue Viri
& Orbi, Hispaniae, Olee, & Viri
Ino Laurentino Templo.
Amen.

Quidam a Fide abstrahunt, et corde abhorrent.



M.C.D. 2022